

ad inferna ³⁾? Fredericus vero rugiens lupus rapax ait: accipiamus ergo eum, quoniam omnem thesaurum possidet hic bestia factus homo, et si ^{p)} vult ^{q)} Elias eum veniat liberare ⁴⁾. Et tunc in eis vox de celo mirabilis est audita. *Exurgat* ^{r)} *hic Deus, et persecutores ecclesie dissipentur* ⁵⁾, *deficiant sicut fumus, et pereant a Dei facie* ⁶⁾ Petri vicarium contempnentes. *Scrutetur et ipsorum substantiam* diabolus *fenerator, labores vero eorum gens* ^{s)} *diripiat aliena* ⁷⁾, *plage Pharaonis veniant super eos, fiant* ^{t)} *dies eorum pauci* ^{u)}, *uxor vidua* ⁸⁾, et filii non transferantur ad cognitionem salutis eterne. *Exurgat etiam* ^{v)} *Dei genetrix gloriosa, quoniam fides Domini est in casu. Iniqui autem iudices* ^{w)} *mentiuntur, qui* ^{x)} *promissa* ^{y)} *in sacramentis ecclesie non observant, allegantes preterea* ^{z)} *summum pontificem indignum* ^{a)} *Christi vicarium extitisse, et sic errore diabolico instigati, locuntur mendacia, et in subsanationem sortitorum Christi dentibus fremuerunt. Disperdat igitur Dominus* ^{b)} *labia dolosa et linguam maliloquam* ^{c)} ⁹⁾. Ubi est Helias vir ille fortissimus, cum Antichristo pro ^{d)} Christi nomine pugnaturus? Veniat properanter, ne gens monstruosis facinoribus et ^{e)} ipsius pereat tarditate, quoniam gens ^{f)} humana, diabolica fraude delusa, in uno fingit tantummodo intellectu ^{g)}, ut serviat Antichristo dicto ^{h)} iuraque Petri vicarii contempnendo Campani ⁱ⁾. Quem Antichristum alium expectamus ^{k)}, cum iam venerit, ut

p) fehlt F, H, P q) valet E, L, M, W r) folgt igitur Deus (fehlt L, M, W) ut persecutores E, L, M, W s) fehlt E t) sint V u) folgt uxores eorum (fehlt E) vidue ut filii nutantes transferantur E, L, M, W v) inde E, fehlt L, M, W, folgt virgo P, V w) folgt hodie E, L, M, W x) quoniam L, M, W y) promptissima L, M, W z) propterea F, H, P, V a) in quibusdam Hss., vgl. MG. Const. 2, 296 f., wo der Papst, übrigens auch in Verbindung mit dem Wort preterea, als indignus bezeichnet wird; denkbar wäre auch iniquum oder iniustum b) Deus V c) folgt Ut hic Helias fortissimus viriliter cum L, M, W d) fehlt P, V e) ex E, L, M, W, fehlt H f) mens E, L, M, W g) intellectum L, M, W, fehlt V h) dictaque iura L, M, W, nur iura F, H, P, V i) C. britani E, C. Britanius L, M, W, Britani F, H, P, V. Britani, d. h. Bretonen, etwa als Anrede, die den folgenden Satz eröffnet, gibt keinen Sinn. Campani wird vorgeschlagen in der Annahme, daß hier angespielt wird auf die Stelle in Petrus de Vinea I, 1: et Campanus inhereat Galileo (der Campanier Gregor IX. soll dem Galiläer Petrus nachfolgen). Diese Stelle erscheint nämlich in ihrer paläographisch ältesten Überlieferung in der vatikan. Hs. Pal. lat. 953 f. 49r als C. (übergeschr. campanus) inhereat galileo. Aus der Lesart von E (bzw. L, M, W) C. britani möchte man schließen, daß der päpstliche Brief ebenfalls zunächst nur C. geschrieben hat, und daß im Laufe der Filiation das klein über-

³⁾ vgl. Ioh. 19, 10 und Luc. 12, 5. ⁴⁾ vgl. Matth. 27, 49. ⁵⁾ vgl. Ps. 67, 2. ⁶⁾ vgl. Ps. 67, 3. ⁷⁾ Ps. 108, 11. ⁸⁾ Ps. 108, 8. ⁹⁾ Ps. 11, 4.